Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



illud explanare poterimus; Non interficiet fame dns animam iustam; Et iterum cognoscit
dns uias immaculatorum et hereditas eorum erit in aeternum; Non confundentur in tempore pessimo
et in diebus famis saturabuntur; quanti enim sci in persecutione moriuntur fame et egestate con
fecti; quanti iusti esuriunt et impii crudelitatibus distenduntur; Potus autem ille accipiendus est
qui hauritur de fontibus israel; quem qui biberit habebit in se fontem aque salientis in uitam aeternam;
quem et saluator in regno patris se bibiturum cum apostolis pollicetur; qui laetificat cor hominis;
Ita ut bibentes possint dicere dedisti laetitiam in corde meo; De hoc cibo et potu inter octo beati
tudines dicitur; Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam et mater dni plena scto spu prophetabat
esurientes inpleuit bonis; qui prius cibum dni non habebant et diuites dimisit inanes; qui dati sunt
pro sepultura eius et quem prophete promiserant respuerunt; De quibus et in alio loco psalmista
decantat, Diuites egueri et esurierunt; idest populus iudeorum; Qui autem querunt dnm idest
turba gentilium non egebunt omni bono; Cumque seruientes xpo et credentes ei laetati fuerint et lau
dauerint dm pre exultatione cordis et gaudio; tunc illi confundentur uidentes in suum locum
alios successisse et clamabunt prae dolore cordis inplentes illud quod scriptum est; Ibi erit fle
tus et stridor dentium; quando steterint agni gentium atque iustorum ad dexteram et hedi iudeorum
atque impiorum a sinistris; Aliis recipientibus aeterna praemia; contritio autem spus pro dolore cordis
intellegenda in conscientia peccatorum; Iuxta illud quod scriptum est; Cognoscent errantes spum
intellegentiam et cor contritum et humiliatum ds non despicit; Conteritur spus quando fuerit ele
uatus; quod de rege inimico israel intellegitur; Induraui dns spm eius; Et de babyloniorum prin
cipe quando eleuatum est cor eius et induratus spus ut superbiens diceret haec est babylon
et ego feci eam; Et dimittetis nomen urm in iuramentum electis meis et interficiet te dns ds
et seruos suos uocabit nomine alio in quo qui benedictus est super terram benedicetur
in dno amen; Et qui iurat in terra iurabit in dno amen; LXX. Relinquetis enim nomen
urm in saturitatem electis meis uos autem interficiet dns; seruientibus autem mihi uocabitur
nomen nouum; cui benedicetur super terram; Benedicent enim dm uerum et qui iurant super terram
iurabunt per dm uerum; pro saturitate que hebraice dicitur SABAAC et erit iuramentum
inter pretatis sunt; quod uerbum multas habet intellegentias et pro accentuum diuersitate uariantur;
Intellegitur enim et saturitas et satietas et plures et septem de quo in libro geneseos diximus,
Et in hoc uolumine ubi septem mulieres adprehendunt unum uirum; Rursum pro eo quod LXX trans
tuleri uerum et in hebraico dicitur amen aquila uestit NE HIC SUMENCCE idest